



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIV. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Dobergast von der Ost, Betkin's
Sohne, zur bessern Behauptung der neu erlangten Ritterwürde das Dorf
Blumberg mit allen Rechten, am 11. November 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXIV. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Dobergast von der Ost, Betkin's Sohne, zur bes-
 fern Behauptung der neu erlangten Ritterwürde das Dorf Blumenberg mit allen Rechten,
 am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio,
 nec non Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, Tenore pre-
 sentium notum fecimus univ[er]sis, quod nos discreto viro Tobirgast, militi nostro, nato strenui mi-
 litis Betkini de Ost, fidelis nostri dilecti, ob militaris status et honoris novitatem et incrementum
 et specialis favoris ob respectum, necnon dicti patris sui Betkini meritorum fidelium consideratione
 contulimus, donamus et conferimus per presentes villam nostram Blumenberg cum omnibus juri-
 bus, libertatibus, commodis et honoribus ac prouentibus, redditibus seu omnium precariorum et
 fructuum obuencionibus dicte ville pertinentibus, aut ratione eorundem seu inde quocunque deri-
 vari potentibus eo jure et forma, quibus nos ac nostros antecessores felicis recordationis Marchio-
 nes Brandenburgenses jam longe retractis temporibus tenuisse villam prenotatam constat et possedisse,
 cum devolutione omnium bonorum a nobis in villa eadem in feudum procedentium, quorum si
 possessores feodi capacibus heredibus non relictis decedere contingeret ac obire, eadem bona
 nichilominus eidem Tobirgast ex nunc, prout ex tunc conferimus per presentes prenotatam villam
 atque bona in antea perpetuis temporibus tenendam, percipiendam ac contradictione seu quibuslibet
 impedimentis semotis pacifice iusto proprietatis titulo possidendam, quam quidem gratiam, collatio-
 nem seu donacionem, si dictus Tobirgast legitimis heredibus non relictis decedere contingeret seu
 obire, tunc ad reliquos fratres suos, predicti Betkini de Ost filios legitimos, ea gratia ac juris
 plenitudine, qua supra, graciosus extendi volumus et devolui. Testes vero hujus sunt discreti Viri
 Wolfhardus Lengenfelder et Gottfridus Hagen, milites, et Jacobus, Prothonotarius noster
 et Cappellanus, et Nicolaus Nemingk, civis noster in Frankenford, cum pluribus aliis fide-
 dignis. Datum in Franckenford, anno Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo, in die beati
 Martini.

Nach einer Abschrift aus L. R. v. Werner's gesammelten Nachrichten Bd. I. pag. 72 und der Diekmann'schen Ur-
 funden-Sammlung des Geh. Staatsarchives f. 288.

XXV. Die Markgrafen Ludwig d. R. und Otto belehnen Betkin von Ost für das ausbedun-
 gene Doffnungsrecht an Driesen mit 50 Mark Silber aus den Abgaben der Stadt Friedeberg,
 am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus et Otto, Dei gratia Brandenburgenses et Lusatie
 Marchiones, necnon Sacri Romani Imperii Archicamerarii, comites Palatini Rheni et Bavarie Duces,
 publice presentibus protestamur, quod nos viro strenuo Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, ac
 legitimis et veris suis heredibus, fidelia ipsius pensantes ossequia, contulimus et presentibus conse-